

Palota, 1554. október 18.

Thury György és a palotai őrség levele Podmaniczky Ráfáel-hez, melyben beszámolnak az 1554. október 17-én Palotát ért török támadásról.

Magnifice domine, domine nobis gratioissime. Post servitior/um/ perpetuorum commen/dationem/ manifestare pos-sumus Mag/nifica/ Do/minatiōnī/ V/estra/e, quale infortu-nium die decima septima lucescente mensis Octobris noctis crepusculo super universos nos contigerit. Beghus enim Alben-sis valido cum exercitu, ferme tribus millibus Thurcarum ad nos irruendo, saepes munitas ad castrum istud adiunctas per conflictum expugnavit, atque nos illis omnio quoadusque potuit, restitimus contra illos pugnantes, cum tamen eorum exercitus fuerit maximus, eis postea resistere /non/ potui-mus et tam equi, qua/m/ instrumenta bellica, resque potius omnes nostrae in manus Thurcarum devenerunt, adep, ut aliis ex nobis duo tantum equi, aliis vero unus, nonnullis aute/m/ nullus equorum remansit, eo enim tempore non equos, neque instrumenta auferre et protegere potuimus, sed ubi honor n/oste/r militaris exoptavit, adesse debuimus, Proinde Mag/nifica/ Do/minatiōnī/ V/estra/e, tamquam domino n/ost/ro gratioissimo supplicamus, quatenus dignetur nobis iam af-flictis et in paupertatem deventis, auxilio adesse, necnon etiam pro nostra solutione apud Regiam Ma/ies/t/a/tem et dominos camerarios laborare. Si enim Do/minatio/ V/estra/ Mag/nifica/ non subveniet, neque solutio ipsa restituetur, haud ad servitia Mag/nifica/ Do/minatiōnī/ Ve/stra/e prom-p-ti esse possumus, sed potius in paupertatem, mendicitatemque deveniemus. Super his igitur optatum expectamus responsum.

Habet enim Mag/nifica/ Do/minatio/ V/estra/ certas pos-sessions, quas nos servitores eiusdem pro officio tenemus. dignetur igitur Mag/nifica/ Do/minatio/ V/estra/ benigne an-nuere ac concedere, ut unusquisque nostrum ex eisdem posses-